



**De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodiêre

Qvi ... Illas Omnes Complectitvr Historias, Qvæ Post Secvndam Sex  
Tomorvm Editionem ...

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1586**

**VD16 ZV 1269**

De Dedicatione Ecclesiæ Sermones tres.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77432](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77432)

# SURITUS

9 DEC  
MATER  
RVIII  
5

250

## EIVSDEM BEATI PETRI DAMIA- NI SERMO TERTIVS IN EADEM EC- clesiae Dedicatione.

Gen. 1.

Non omnia scriptura loca spiritualē habent intelligentiam.

Eccle. 9.

Gen. 1.

S. Mater Ecclesia mundi figura gram ge-

tit.

Homo al- ter est mu- dus.

I. Cor. 13.  
Charitatis radij qui- decim.

Poenitentia- radij qua- tuor.

Job. 15.



Ecit Deus duo magna luminaria, luminare maius, ut praeſet diei, & luminare minus, ut praeſet nocti. Non omnia, fratres charissimi, quæ sunt in cithara, sonant, sed omnia iuvant. Sic non omnia, quæ sunt in diuina scriptura, spiritualem intelligentiam generant, sed omnia iuvant. Vnde si in aliquo legis capitulo fas est, sensum spiritus aliquo rimula intueri, non in inquisitione dormitare debemus, sed theſaurum iacentem in litera vigore alacris ingenij perſcrutari. Quod satiſ egregie vir sapiens adumbravit, cum dixit: Nè dormias in ſinu mulieris. Mulier nempe ſacri eloquii literam exprimit, ex qua fidelis expofitor fructum gignit. Quia litera, cum ei catholicæ rationis diligencia adhibetur, virilis intellectus robori maritatur. Cum verò eam ſeducta mentis in genium deprauat, quaſi caſtitatem foemina adulterino coitu violat. Reſt ergo dicitur, Nè dormias in ſinu mulieris: ac ſi aperte diceretur, Nè in ſecreto litera ſenſu torpeas, ſed latente anima profectum pudica excute vigilantia.

Fecit, inquit, Deus duo magna luminaria. Verum quidem eſt, quod Deus in mundi creatione celum clarum Solis & Lunæ diſtinxit ornatu, ut alterum diei, alterum noctis viciſſitudinem gubernaret. Porro ſi interius perſcrutemur, inuenimus nobis allegoriae respondere ſecretum. Ecclesia enim, mundi figura gerit, quia ſicut mundus ex quatuor elementis ſubſiſit, ita Ecclesia ex quatuor elemen- trina Euangelij coalescit. Habet autem Ecclesia ſuum diem, habet & noctem suam: habet & Solem in die, habet & Lunam in nocte. Dies Ecclesia, eſt tempus pacis: nox Ecclesia, eſt tempeſta perſecutionis. Sol verò in Ecclesia die, eſt sapientia: Luna autem in Ecclesia nocte, eſt patientia. His luminibus Deus Ecclesiam ſuam pinxit, quatenus & in pace non ſit improuida, & in bello non inueniatur mollis & frācta. Per sapientiam Ecclesia ſe protegit in pace à daemonicis, per patientiam ſe tuetur in bello à perſecutoribus. Non claudicat Ecclesia, non eſt incravis, argu- menta diuina sapienter eludit, tormenta hominum ſufſinet patienter. Reſta prorsus comparatio eſt. Solis ad sapientiam, Luna ad patientiam: quia ſicut Sol Luna, ita sapientia præpollet patientia. Sapientia itaque Sol, quia illuminat: patientia Luna, quia confortat. His geminis brachijs Ecclesia pugnat, altero proſternens daemons, altero vincens homines. Fecit itaque Deus hæc duo magna lumina- ria, quibus ornatur Ecclesia, quibus quaſi duobus oculis munitur Christi colu- lumba.

Difſolutis nebulis allegoriae, hunc etiam riuum scripturæ ad irrigandos mo- res noſtrós poſſumus trahere. Nam ſicut Deus in hoc mundo duo magna lumina- ria fecit, intra etiam in homine duo magna luminaria ordinavit. Nè tibi videatur durum quod dicimus: homo enim alter eſt mundus. Vnde ipsa Graeca lingua vo- catur μηνονθυμος, id eſt minor mundus, quia ad ſimilitudinem maioris mundi eſt fa-etus. Nam ſicut Deus maiori mundo præſidet, ita quod vbiq[ue] tota eſt totus: ſicanima corpori dominatur, ita quod vbiq[ue] tota eſt in corpore. Homo itaque habet diem, habet & noctem: habet Solem in die, habet Lunam in nocte. Dies hominis, eſt vi- ta iuſtitia: nox hominis, eſt vita nequitia. Sol autem in vita iuſtitia, eſt charitas, quæ præſet vita iuſtitia: Luna verò in vita peccatoris, eſt poenitentia. O quād cla- rus Sol eſt charitas, cuius quindecim radios enumerat filius Solis Paulus Apoſto- lus in Epiftola ad Corinthios, vbi ait: Charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, &c. O quād clarum poenitentia iubar, quod noctem peccati remouet, quod conſientia nubilum tergit.

Luna huius, ſcilicet poenitentia, quatuor ſunt radij, cognitio peccati, dolor pro peccatis, confefſio peccati, fructus eleemosynæ. Prius oportet cognoscere pecca- tum, ſed non ſufficit: oportet dolere pro peccato: addenda eſt etiam confefſio, quia fruſtrâ dolet, qui non confeſtetur: his verò adiungendus eſt fructus eleemo- synæ, qui eſt preium peccati. Vnde Propheta de impio dicit: Non credit fruſtrâ errore

DE QVIBVS DAM MIRACVLIS.

257

errore deceptus, quod aliquo precio redimendus sit. Premium certe peccati est eleemosyna. Sed qui semper eleemosynam erogat, & semper peccat, frustrè credit, quod eleemosyna ei proficiat. Interpretandum est igitur eleemosynæ vocabulum. Eleemosynæ inter pretatio. El, Hebraicè, Deus: Moys, Aegyptiaca lingua dicitur aqua, inde eleemosyna, id est, aqua Dei. E contrario videre possumus, quod peccatum est ignis diaboli. Igitur contra ignem diaboli opponatur aqua Dei. Perpende, Christiane, dignitatem tuam, & redemptionem culpæ tue. Noli belua mente contemnere. Deus eleemosynam fecit tibi, corpus proprium morti tradidit: tu eleemosynam fac illi, buxellam panis porrigo pauperi. Esto prius in te misericors, deinde in proximum clementia riuuum effunde, ut sic pariter cum proximo ad fontem misericordiæ valles peruenire, Iesum Christum Dominum nostrum: qui cum Patre, & Spiritu sancto viuit, & regnat Deus per omnia secula seculorum, Amen.

TRACTATVS EIVSDEM  
BEATI PETRI DAMIANI DE QVI-  
BVSDAM MIRACVLIS.

DOMINO DESIDERIO VENE-  
RANDAE RELIGIONIS ABBATI PETRVS DAMIA-  
NI MONACHVS DEVOTISSIMI FAMV-  
LATVS OBSEQVIVM.



Vm in meo pectori tuę charitatis ardor inextinguibiliter ferueat, meque circa tuę memoriam reprehescere non permittat, mihi nuper aliquid in memoriam venit quod me mittet in tibi legitionis admonuit. Nam dum in tuę contemplatione sedulus habitarem, & An gelico fratrum, sanctoq; conuentui, sic in cordis ob tutibus, velut corporaliter intercesssem, inter alia multa, repente tuarum recordatus sum literatum, quas tu quidem sub interrogatiōe misisti, sed his ego Synodali præpeditus instantia adhuc nō respōdi. Et hæc in illis (si reminisci valeo) continabantur epistolis: Quia zelotrypa quædam mulier habens virum ex adulteri⁹ fraude suspectum, qualiter eum sibi vindicare posset proprio toro contētum, à vicina petiit muliere con filium. Qua nimirū peruerſa, & vtricibus flammis euidenter obnoxia, hoc eam sacrilegium venenata serpenti⁹ antiqui suadela perdocuit, vt corpus Dominicum quasi communicatura perciperet, quod caute reseruans, viro suo postmodum non sine quibusdam maleficijs propinaret. Quod videlicet à sacerdote perceptum, & vñque dum occasio præberetur, palliolo reseruatum, non sine magno dedit stupore miraculum. Hæc enim particula Dominicī corporis, intenta est vñque ad medietatem in carnem esse conuersa: altera verò medietas, panis speciem non mutauit.

Itaque (si ritè reminiscor) hoc proposuisti. Deinde quid portenderet inquisisti. Super qua questione, quia non necesse est diutius immorari, breui compendio quid mihi videatur expediā. Idcirco Deus omnipotens sacrosanctum illud mysterium in carnis speciem verrit, vt perfidiam reprobare mulieris argueret, dum visibilem Dominicī corporis ostenderet veritatem, quatenus quæ purum panem (vt videbat ante) credebat, veræ carnis speciem cerneret, sicque sacrilegum copiæ sceleris audaciam suo ipsa iudicio condemnaret. Quod autem medietas sic remansit, ad euidentioris indicij testimonium proficit, vt dum in una, eadem quæ substantia hinc panis, illinc carnis adesse consideras speciem, in utroque veræ carnis, verique panis indifferenter intelligas veritatem, quia & ipse est panis, qui de cælo descendit, & ipsa nihilominus caro, quæ de virginis uero materia prodijt.

Iohann. 6.

Nam

Eccè in ho  
stia conse  
crata vera  
cissimum  
corp⁹ chri  
sti latitans  
manifesto  
se prodit  
miraculo  
contra im  
pios.  
Egregia  
questio[nis]  
solutio[nis].

x 4